manum ut *ſenſum* ita *intelle-ctum* excludit & occæcat.

XC.

Advertendo itaque animum ad ea quæ ſibi magis adæquata ſunt, clarum fit, principio ſtatim per *ſenſum intellectui* ſeu *Rationi*, *ſpecies figurales quà tales, quà ſemel poſitas, abſolutas: motu* opus planè non habere, intelligo propter *Eſſentiam ſui ipſarum*, & in nullo reſpectu & ordine ad conſtituendũ *eſſe aliud*; ita ut verbi gratia: *adamas* ſemel poſitus, *creatus*, vel, ut jam, *productus*; *aurum* ſemel poſitum, & ſic inanimata corpora (quà *ſpecialia*, non verò quà *aggregativa*) ad unum omnia, ſi omnis *motus* ceſſaret, & in ea in æternum amplius non ageret, propterea nihil planè perderent de *Eſſentiâ* ſuâ, ſed ſemper id quod eſſent,

Ad ſpecierum figuralitem eſſentiam motum non influere.

forma-